



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 84. Actum de colloquio inter utramque partem habendo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI
A.C. 1567.
a se orari, atque humiliter interpellari Regem aiebant, ut officium a bona, ac propensa voluntate profectum in bonam partem interpretetur, nec falsis inimicorum criminationibus exacerbatus, quidquam inclementius propterea de iis cogitet, aut statuatur.

§. LXXXIV.

Actum de colloquio Capellæ inter utramque partem habendo.

Thuan. l. 42.
num. 3.
Altero hoc libello ad Regem adlato magna animorum in aula mutatio secuta est, ac revocatis ad Religionis causam postulatis, rem ad concordiam reduci posse prudentissimi quique sperabant: attamen Regina adulationibus Cardinalis Lotaringii corrupta ab initio paci obsistebat, cumque aliunde Guisii Ducis obitu hujus familiæ potentiam labefactatam cerneret, ac Montmorantios, & Colinos, quamdiu pax vigeret, semper invicem conjunctos fore probe cognosceret, hinc ad dissensionem inter eos seminandam, eorumque auctoritatem infringendam nullum aliud medium magis securum, quam ipsum bellum fore arbitrabatur: his igitur rationibus permota ad arma convolandum decernebat, prævaluit tamen in Senatu auctoritas Montmorantii **Connestabilis** ad pacem propensi, imo ad

ad tranquillitatem regno reddendam Sæcul. XVI.
A. C. 1567.
 jam unum, alterumque amicum collo-
 quium fatis, superque fore creditum est,
 adeo, ut Franciæ Regina cunctis hisce
 machinationibus incassum adhibitis con-
 sentire coacta esset, quatenus de pace
 cum Calvinistis fancienda ageretur. Ad
 hos igitur Rex ipsum Connestabilem ab-
 legabat, unacum Francisco istius Fi-
 lio, & Acturo Cossæo Gonnorio, Ar-
 mano Gontaldo Birono, & Claudio Al-
 baspineo, qui ab epistolis erat: porro
 colloquium instituebatur prope Capel-
 lam, medio inter urbem, ac Diouysii
 fanum itinere, quo mox Condæus Prin-
 cept unacum Coliniis fratribus, Vice
 Domino Carnutum Saulio Comite, &
 Canio venit: cum autem hi rebelles
 pacem pertinacius respuerent, hinc præ-
 sens quoque colloquium non minus, ac
 priora omni successu caruere.

§. LXXXV.

*Colloquium ob Calvinistarum perti-
 naciam dissolutum.*

Præprimis Protestantes Religionis suæ Davila l. 4.
pag. 200.
 libertatem per universon Regnum Thuan. l. 6.
Mezeray
hist. de
France t. 2.
pag. 965.
 non facto locorum, ac personarum
 discrimine, nec addita quavis condi-
 tione, neque posita restrictione sibi
 concedi pertinaciter urgebant: ast,
 si hanc propositionem nonnihil mode-